



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1846**

CXXIII. Markgraf Woldemar befreiet das Land Gardelegen von jeglicher  
Steuerpflicht für sich und alle seine Nachkommen, am 7. Dez. 1309.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

**CXXIII.** Markgraf Woldemar befreiet das Land Gardelegen von jeglicher Steuerpflicht für sich und alle seine Nachkommen, am 7. Dez. 1309.

Woldemarus d. g. Brandenburgensis, Landisbergensis et Lufacie Marchio tutorque incliti Joannis de Brandenburch Marchionis vniuersaliter singulis ac singulariter vniuersis Incolis, videlicet Militibus, Armigeris, Burgenfibus, villanis seu Rusticis ac ceteris hominibus cuiuscumque seu conditionis sine status extiterint, bona in pheodata libera sine hereditaria in terra Gardelege habentibus, siue etiam inibi siue alias resideant, precariam de talibus bonis omnibus exnunc et in perpetuum, ita quod nullam penitus ab ipsis exigi aut recipi volumus, dimissimus totaliter et per presentes litteras indulgemus. Quam quidem dimissionem seu indulgionem non solum a Nobis verum etiam a nostris heredibus et successoribus perpetuo volumus inuiolabiliter obseruari. Proinde predicti homines Nobis Quadringentas Marcas Argenti brandenb. et ponderis in numerata pecunia persoluerunt, de quibus ipsos tam presentes quam futuros quitos omnino et solutos reddimus per presentes —. Huius quoque facti Testes sunt nostri fideles scilicet viri Nobiles Burchardus ex Olricus de Lyndowe Comites, Nicolaus de buck nostre curie Dapifer, Henningus de blankenburch, Henningus de stegelitz, Buffo gruwelhud, Henningus et Heydenricus de Benz, Bartoldus pincerna, Theodoricus et Gherardus de kercowe Milites, Henricus prepositus de Grandzoy. — Actum et Datum in livenwald Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. IX<sup>o</sup>. in crastino beati Nicolai Episcopi.

Nach dem Orig. im K. Geh. Kab.-Archive.

**CXXIV.** Markgraf Woldemar bestätigt dem Pfarrer zu Gardelegen eine vom Ritter Hermann Balch beigelegte Wiese bei Ketzig, am 20. März 1315.

Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis, Lufacie et de Landfberg marchio, Recognoscimus, Quod cum hermannus dictus balch, miles noster fidelis, domino petro plebano in Gardeleghe, nostro Cappellano, suisque successoribus pro remedio anime sue et sue vxoris suorumque parentum liberaliter dederit quoddam pratam, duodecim continens jugera, quod dictus petrus exstirpauit, in palude iuxta dicti militis villam dictam ketfik, cum via per quam ad dictum pratam peruenerit, et cum omni iure et vtilitate facienda, sicut libet, quemadmodum predictus miles predicta noscitur hactenus habuisse, Ita quod nec dicti militis heredes nec dicte ville incolae in dicto prato aliquid juris sibi debeant vel audeant ammodo vendicare vel plebanum aut successorem suum quemlibet impedire, quominus sicut libet suam ibidem faciat vtilitatem et insuper locum ad construendum horreum pro feno referuando in predicta villa predicto plebano et suis successoribus omnibus villicis consencientibus expresse assignauerit; Nos nostre liberalitatis dexteram volentes extendere ad predicta, predicto petro, nostro cappellano dilecto, suis quoque successoribus predictam prati, vie ac iurium predictorum proprietatem perpetuis temporibus possidendam dedimus propter deum, volentes omnino, quod nunquam aliquis nostre proprietatis donacionem audeat violare, jsta duntaxat adiecta condicione, quod sepedictus plebanus seu successorum suorum quilibet cum omnibus suis cappellanis et custodibus nec non quibuscunque scolaribus proxima die post circumeisionem domini longas vigilias, missam et postea Commendacionem pro defunctis nostris dictique militis parentibus perpetuis temporibus tenebitur decantare, et